Miscellanea 823 - 9

ORATIONIS DOMINICÆ
ET
SYMBOLI APOSTOLICI
ALAMANNICA
Verſio vetuſtiſsima.

MARQ. FREHERI
Notis expoſita.

PSALMVS CXVII.

Laudate Dominum omnes gentes, honorate eum cuncta nationes.

ORIGENES LIB. VIII. contra Celſum.

Græci græcè Deum nominant, Romani Latinè, & ſinguli item vernacula lingua Deum precantur, & laudibus pro ſe quuque extollit. Ille enim qui eſt linguarum omnium Dominus, audit quavis lingua orantes.

HIERONYMVS ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani.

Nunc paßionem Chriſti & reſurrectionem ejus, cunctarum gentium & voces & litteræ ſonant. Taceo de Hebræis, Græcis & Latinis: quas nationes Crucis ſuæ titulo Dominus dedicavit. Beſſorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, ſtridorem ſuum in dulce Chriſti fregerunt melos: & totius mundi una vox eſt Chriſtus.

ANNO M DC IX.

ORATIO DOMINICA
ALEMANICE
AD VERBVM REDDITA ANTE ALIQVOT SÆCVLA, PRIVS QVAM Germanica noſtra lingua ſcribi poſſe putaretur.

Ex dialecto vide rerum humanarum inconſtantiam, & collige antiquitatem, eamq; venerare.

Ex S. Galli vetuſtiſſimo codice MS.

FATTER VNSEER THV PIST IN HIMILE. VVIHI NAMVN DINAN. QHVEME RIHI DIN. VVERDE VVILLO DIN SO IN HIMILE, SOSA IN ERDV. PROOTH VNSEER EMEZHIC KIP VNS HIVTV. OBLAZ VNS SCVLDI VNSEERO, SO VVIR OBLAZEN VNS SCVLDIKEN. ENTI NI VNSIH FIRLETTI IN KHORVNKA. VZZ ERLOSI VNSIH FONA VBILE.

Symbolum Apoſtolorum.

KILAVBV IN KOT FATER ALMAHTICVN, KISCAF HIMILES ENTI ERDV. ENTI IN IHESVM CHRIST SVN SINAN AINACVN, VNSERAN TRVHTIN. DER INPHANGEN IST FONA VVIHEMV KESTE. KIPORAN FONA MARIAN MACADI EVVIKERV, KIMARTROT IN KIVVALTI PILATES, MERVET PISLACAN, TOT, ENTI PICRAPAN, STEHIC IN VVIZZI. IN DRITTIN TAKE ERSTOONTE FONA TOTTEN. STEHIC IN HIMIL. SIZIT ZA ZESVVN COTES FATERES ALMAHTIKIN. THANACHVINFTIC IST SONEN QHVEKHE ENTI TOTE. KILAVBV IN VVIHAN KEST, IN VVIHA KHIRIHHVN CATHOLICA, VVIHERO KEMENITHA, VRLAZ SVNTI. KERO FLEISCES VRSTODAHI, INT LVP EVVI-

AMEN.

NOTÆ.

ALAMANICA) Germanicæ ut terræ, ita & linguæ ſumma & latiſſima diviſio in Alemanicam ſeu Suevicam, & Saxonicam. Illa mediterranea magis, tendens ad alpes Italicas & Galliam; hæc ripenſis, tendens ad Sarmatas Illyriosque, & ad Oceanum, quin & trans hunc graſſata ad Britannos. Notum, interregni tempore quos diſtinctè vicarios habeant. Vtriusque idiomatis diſcrimen vel ex hiſce verſionibus agnoſces.

Fatter unſer) ad verbum è Latino, ut præſcripſi. quomodo & infra, *Prooth unſer*, & reliqua omnia. Neq; aliter Otfridus: *Fater unſer guato*, & Notgerus Sangallenſis, cujus verſio jam dudum à Stumpfio, Geſnero, Vadiano prodita extat. Saxonica tamen, vetus & ipſa, rectiùs ad genium noſtri idiomatis: *Thu ure fader*. Atque ita omnino Septentrio-

nales plerique omnes hodierni : Belgæ *Onſe Vader*; Angli, *Outfather*; Walli Britanni, *Eyn taad*; Aremorici, *Hon tad*; Dani, *Vor fader*; quin & Gallofranci, *Noſtre pere*.

VVihi) Idem Otfridus: *VVih ſi namo thiner*. Et Friſica vetus: *VVaikmi namo thein*. Hac notione habes infra, *VVihan keſt*, Sanctum Spiritum, *VViha Khirihhun*, *VVihero Kemenitha*. Clarum in compoſitis: *VVihus*, Sanctuarium; *VVihezit*, Feſta: *VVeyhenacht*, *VVeyvvaſſer*, *VVeybiſchoff*, atque adeò *VVeyrauch*, Thus, quaſi ſuffitus ſacer, *ſacri thuris odores* Ovidio.

Emezhic) hoc eſt, frequentem, jugem. Kero Gloſſis: *Frequenter*, *Emezzico*. nobis hodie *Embſig*. At non ſatis aſſequutus eſt vim τȣ̃ Ἐπιȣ́σιον. Quamvis non neſciam, etiam Latinos aliquos ita exponere, ut ipſum Auguſtinum, Hieronymum, ut Venantium Fortunatum, ut Petrum Chryſologum Ravennæ Epiſcopum. Is ſermone LXX. *Precamur*

mur ut ipſum panẽ quo quotidiè, id eſt jugiter ſumus in æternitate victuri, hodie, id eſt in præſenti vita de convivio altaris ſancti capiamus. Et ſermone LXVII. *Quotidianũ jugem dicimus. Jugis panis ille eſt, qui de cœlo deſcendit*. Melius itaque hoc loco Otfridus: *Thia dagalichun zuhti*, i. quotidianum victum & nutrimen. Et Notgerus: *Vnſer tagolicha brot*. Et Saxonica vetus: *Vrne daegvvanlican hlaf*. Quam poſtremam vocem ibi exponimus.

Oblaz) idem valet cum *Ablaſs, Erlaſſe*.

Firletti) nobis ſcriberetur, *Verleite*.

Korunka) Notgerus: *Vnde in chórunga ne leitiſt tu vnſih*. Belgis hodiè, *Bekooringe*. Saxonica vetus habet, *Koſtnunge*. Idem autem *Koren* & *Koſten*.

Vzz erloſi) Ita & apud vetuſtum interpretem Harmoniæ Tatiani, quem à Bonaventura Vulcanio habemus: *Vz ouh arloſi vnſi fon vbile*. Kero Gloſſis: *Sed, vzzan. Sed etiam, vzzan ſo ſama*.

Vt autem è Latino ad verbum reddita videmus omnia, ita ab illa Eccleſia

hoc

hoc etiam eſt, quod hic in fine orationis deſideratur illa clauſula, & verè coronis, *Quia tuum eſt regnum &c.* Quam equidem mirari ſatis non poſſum, Domini ipſius ore diſcipulis dictatam, à principe Evangeliſta relatam, ita deinde neglectam eviluiſſe, vt & pleriq; expoſitores Latini opera ſua dedignarentur, & in Canone Miſſæ ac Litaniis non tantum ceu inutile aſſumentum recideretur, ſed & alia quædam ejus loco ſubſtituerentur. At Græci ſanctè conſervarunt, & in Liturgiis ſuis elatiore etiam voce (ἐκφώνως ipſi dicunt) proferendam cenſuerunt. Et à Græcis imbuti edoctique Gothi non omiſerunt: quorum formulam jam apponere ſat erit, ut eam ex antiquis monumentis ediderunt doctiſs. viri, B. Vulcanius & Gruterus noſter, in hunc modum: *Vnte theina iſt thiu alngardi* (al. *dangardi*) *gah mahs, gah vvulthus* (al. *vvalthus*) *in aivvins. Amen.* Quem locum tum demum, cum de certa veraque ejus ſcriptura nobis liquidò conſtiterit, explicare conabimur.

IESVM CHRISTVM) Notgerus hæc quoque vernaculo ſermone expreſſit: *Den gevviehten háltare*. Idem in Pſalmis perpetuò Chriſtum vertit, *Haltare, & Haltende*, quod eſt Σωτῆρα, Salvatorem. *Behalten*, & *Gehalten*, ſalvatus, redemptus, eidem & Otfrido.

Truhtin) ita & Saxonica hic, *Vrne Drychten*. Epitheton Domini Noſtri proprium, & perpetuum apud Otfridum, Notgerum, Willeramum, Alfredum. Kero Gloſſis: *Dominus, Truhtín*. *Dominica dies, Truhtintiche tage*. Sed & *Druhtines haus*, Templum Domini apud Otfridum, & *Druhtines ſcalche*, Apóſtoli, diſcipuli & miniſtri Domini. Sunt qui DRVIDAS illos veteres Celtarum & Britannorum ad hanc originem referant: de qua re alibi. Juvat ſcire, adhuc Islandos Norvvagosque iſtud *Druhtin* pro Deo retinere & frequentare: ut eſt ab

eruditiſſimo viro Johanne Iſacio Pontano annotatum.

Macadi evvikera) Virgine perpetuùm, quod Eccleſiæ piè creditum. Saxonica ſimplicius: *Mariam tham mæddene*. Inde *Magedum*, Virginitas. *Magdeburg*, Parthenopolis.

Kivvalti) poteſtate, prætura, dominatu. Kero: *Dominatione, Kivvaltidu*. Notgerus hic Paſſus reddidit, *Kenothaſtot*, i. per vim afflictus: Germaniùs quàm *Kimartrot*, quod à martyrio derivatum palam eſt.

Meruet piſlacan) Ita ſcriptum ad me pervenit, quod bona fide repræſento, cum proclive eſſet emendare: *an cruce giſlacan*. Notgero: *an cruce geſtahter*, i. cruci affixus. Quod ſi rectè ſcriptura hæc noſtra habet, aliud quid verbuli reconditum eruemus. Nam & Saxonica habet: *on rode ohangen*, i. in cruce ſuſpenſus. Gloſſæ Angloſaxonicæ, Bedæ nomen præferentes, à Fr. Pithoeo alicubi laudatæ, ejuſdemque humanitate no-

te nobis communicatæ, clarè ſcriptum habent: *Crux vel Staurus, Rod*. Manſit vox huc uſque apud Scotos, quibus *Ruid*, cruces; *Hayle Ruidehous*, Monaſterium S. Crucis: *Be dhe Ruide*, per Crucem, jurantis. Vt ferè adducar credere, etiam in noſtro Alamanico hîc legendum: *an ruet geſlacan*.

Stehic) i. ſcandit, hîc deorſum, mox ſurſum. Ideo compoſitionem recipit, *Vff*- & *Ab*-vel *Niderſteigen*. Kero: *Deſcenſus, Nidarſtic*.

In vvizzi) hoc eſt propriè, ſupplicium, pœnas, tormenta. Gloſſæ Keronis, & aliæ, quas habemus varias mſs. *Pœnas, vvizzi. Pœnalis, vvizlih. Impunitus, Vngavvizinot*. Verùm ſignanter & κατ' ἐξοχὴν de pœnis & tormentis Gehennæ uſurpatur. Otfridus libro v. cap. xx. verba Domini, *Ite in ignem æternum*, ita exprimit: *Faret in thas evviniga vvizi*. Et mox quaſi oculis ſubjicit: *Si Satanaſa dribent in vvizi thiu in ni libent*. Et cap. ſeq. *Si farent* (*ſo vvir zaltun*) *in*

vvizi manigfaltun. In Helli pina noti, in beches einoti, zi Satanaſes henti, ana theheinig enti. Quæ huic loco declarando ſufficere poſſunt. Ne quis jam ſibi permittat, probæ propriæque vocis ignoratione heic *Pfutze* ſubſtituere; quod lamam, lacunam, paludem ſonat, Poetis cum Styge atque Acherunte relinquendam.

Za zeſuun) Dextra, *Zeſevva*; Siniſtra, *VVinſtra*. Otfridus de Malchi auricula; *Zeſua óra.* Rudolfus de Anſe, vetuſtus Bibliorum & metricus interpres, ſub Friderici II. ævo, de Aod ambidextro: *VVas ze ietvvedere hant gelich zeſvve, an kreften eben rich: Alſo das zeglicher not ietvveder hant ſih zeſvve bot Gelich ze beiden ſiten.* Saxonica habet, *œt ſvvithran*, quod ibi exponimus.

Sonen) judicare, vox germanè Germanica, ſi quæ alia. Gloſſæ veteres: *Iudex ad requirendum, Soneo ze ſonene. Dijudicauit, Kaſonit. Prajudicet, Foraſuanne.* Videſis & Keronem in *Iudicet*. Inde

Suono-

Suonotag, dies judicii: qua voce verè extrema illa & magna Domini dies Notgero ſubinde deſignatur. Sed & Marner verſio: I V. *Es nahet gegen der Suonotage, das Got vvil ſuonen alle klage.* Inde forte S V N N O, à quo & Sudnomarius, regium nomen, Francis judicem magiſtratumq; denotavit.

Qhuekhe) Et Saxonica hîc: *getham cucum, getham deade.* Argentum vivum, *Queckſilber.* Recreare, *Erquicken*: Nec pluribus opus.

K*hirihhun*) Vbi mens Lipſio erat; cum à Circo deductum vellet, quod in ejus formam veteres Eccleſiæ ædificatæ? Walafridus Strabo rem edocet cap. VII. De reb. eccleſ. *Ab ipſis autem Græcis* Kyrch *à* Κύριος, *& alia multa accepimus. Sicut enim domus Dei Baſilica, id eſt Regia à Rege, ſic etiam* Kyriaca *id eſt Dominica à Domino nuncupatur: quia Domino Dominantium & Regi Regum in illa ſervitur.* Cui conſentit Amalarius Trevir. lib. III. cap. II. Atque ita porrò à

rò à Dominico noſtrum *Dom* vel *Thum*: nam & id Baſilicæ nomen. Itinerario Ieroſolimitano à P. Pithæo edito: *Ibidem modò juſſu Conſtantini Imp. Baſilica facta eſt, id eſt Dominicum mira pulchritudinis.* Et Dominædius (qua voce Paulinus Nolanus ſuum Felicem tam vorsâ quam prosâ honeſtat) quid niſi ipſe Sanctus, patronus dominusq; ædis ſacræ?

Kemenitha) Nos jam ſcriberemus, *Gemeinde*. Eſt autem explicatio articuli de Eccleſia, magis quàm articulus: neq; ſigillatim ponitur aut exponitur antiquis, Ruffino, Chryſologo, Venantio, aliis.

Vrſtodah) Notgerus, *Vrſtendeda*. Saxonica, *Flæſces ariſt*. Agnoſce fontem natæ vocis *Oſteren*.

Lup) Notgerus hic, *Evvigen lib*. Willeramus ſcribere ſolet, *Liue*. Idem Notgerus Pſalmo XXXVI. *Fons vitæ, des libes vrſprung*. Pſalmo CVI. *Dele me de*